



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. МЕЧНИКОВА

HA
KO
TA
OHU
iMEN
MET
NIKOB
C Bernardino parpaliae Magnifico Præsidi Pedemontium bene
merenti Franciscus silua commendationem dicit.

T libentius quæ nuper impressi bonis litte
ris statuta dominicalia superaddita : in lu
cem prodeant: Sub amplitudinis tuæ emi
nentissime auspicio: tutella: & præsidio: il
la dicaui. Tu enim ut primatis magistratū
Galiz Cisalpinæ: annis octo & uiginti : in
sabaudiano imperio: summa cū laude: præ
ses dignissime & æquissime existi & administras: Ita inuictissi
mo Cæsari nostro Carolo sabaudia. Duci nono: statuta correcta
suppleta: emendata & castigata: offerre non dignaberis. Sic
itaq; tanto splendore decorata statuta: ad singulorum manus p
perare nō erubescet & ego promptam obsequendi mentē sub
limitati tuæ iustissimæ dedicatā obseruabo : moxq; in unum sa
crum uolumen & unam consonantiam : melioribus characteris
bus statuta integra imprimere curabo. Vale Mœcenas optime.
Taurini Quarto nonas nouembri. M. CCCC, XIII.

Hic nibil maius reputo leone
Quam crucis stola niuea micantem
Alma Sabaudia dicit referre
Principis Aula. Bonifacius faciebat.



Arolus Dux Sabaudie. Chablaisii & Auguste Sacri Romani
Imperi princeps uicariusq; perpetuus Marchio in Italia prin
ceps Pedemontium comes gebennesii baugiasi & Rotondimon
tis Baro uuadi gay & fauigniati Nicieq; Vercellarum & bres
sie &c. dominus : licet Illustrissimi. quondam domini progeni
tores nostri iusticie cultores: salubrissimas & speciales quasdam
cōstitutiones & preclara statuta: ad Regimen subditorum suo
rum sagaciter considerint. Que cunctos rerum casus: diffuse satis amplecti: & ad
bene beateq; uiuendi normam: sufficere uideantur. Eas nihilominus pleriq; (qua
uis iustissimas & sanctas) nimia in obseruantia perturbant. Q uo fit ut pro rerum
temporumq; uarietate: multorumq; querellis: nouerimus: certorum: maxime offi
ciariorum mores: & ipsa statuta: circa abbreviationem ipsarum causarum iusticieq;
rectitudinem ad communem reipublice & subditorum nostrorum quietē fore ne
cessario reprimenda restauranda & amplianda. Ex nostra igitur certa scientia ac de
nostre potestatis plenitudine maturaq; procerum & consiliariorum nostrorum deli
beratio prehabita. Capitula inferius descripta perpetuo duratura edidimus. Que
cum prementionatis statutis in uim legis obseruari uolumus & iubemus prout in
fra sequitur. Ceteris autem nostris predecessorum nostrorum statutis: saluis infra
scriptis: In suis robore & effectu omnino permanentibus que ad unguem perpetuo
obseruari uolumus & iubemus.

C De cōsilio domini secum residenī & de nu
mero & ordine presidum & collateralium at
terminus soluendorum stipendiorum.




T primo in consistorio seu cōsilio nobiscum ordinarie. Residenī
post cancellarium nostrū quem duxerimus eligendum in eo
ognitione & diffinitione causarum immediate constituimus &
deputamus duos presidentes doctores idoneos quorum alter
immediate post cancellarium alter uero negotiis patrimonii no
stri prefectus. Subsequenter in iusticia ministranda tractādis
q; rebus suorum officiorum preesse intendereq; debeant. Item
tres collaterales iurisperitos similiter ydoneos qui cum dictis presidibus in cognitio
ne dictarum causarum uocabunt iuxta formam statuti sub rubrica Collaterales ad
iusticie cultum &c. Et hoc sub sufficienti pensione seu stipendiis in litteris nostris su
per his aliunde latius exprimendis quos singulis annis solui uolumus de quat
tuor mensib; in quattuor menses & in principio cuiuslibet ipsorū quattuor mēsiū.

C Nihil recipiant ultra stipendia sua presi
des: & collaterales.




T quoniam salario eorundem nuper auximus & cuilibet eorum pro rerum & personarum qualitate de stipendiis opportune prouisum est: uolumus & iubemus hoc edicto quod ipsi presidcs & collaterales dictis stipendiis medianibus nequaquam possint aut ualeant quomodolibet aliud idem petere: exigere: importulas taxare aut sibi dari procurare: directe uel indirecte per se se eorum uel seruitores familiares coniunctas personas aut alias quasvis: prouisitionibus processuum, ordinationibusque & sententiis per eos in quacunq; causa seu causis coram eis pendebit latissim uerendis: fauoribusque inde prestantis ante nec post ipsas sententias, etiam a sponte dantibus seu dare uolentibus: nisi quod pro exculento & poculento gratis dabitur: Quod in quinque diebus expendi poterit. Et hoc sub pena in statutis nostris comprehensa. Et ultius priuationis officiorum suorum. Quibus ac aliis quibuscumque officiis nostris casu contrario exinde perpetuo inhabiles censeantur.

¶ De consiliis domini Chamberi, & Thaurini residentibus.



Tem statuimus & ordinamus quod in consilio Chamberiaci depuntur & constituantur unus preses: tres collaterales: & duo adiuvati: quorum alter noster fiscalis: & alter pauperum existardores & probi uiri: Sub stipendiis in litteris nostris aliunde emanatis latius expressis. Ac aliis modis & formis de quibus in precedenti capitulo fit mentio. Et similiter constitui ac obseruari uolumus in consilio nostro Thaurini residenti. Iudicem quoque criminalium ibidem de pluri delegimus: Ita quod nihil possit exigiri in dictis consiliis presides & collaterales prefatos, ut supra dictum est. Et sub pena de qua supra.

¶ Eis interdicuntur aduocationum patrocinia & iudicaturarum exercitia



Tem iudicando liberiori animo sineque suspitione procedere habent prefati presides & collaterales consiliorum nostrorum predictorum nobiscum chamberiaci & Thaurini residenti. Eisdem & ipsorum cuilibet aduocationis officium patrocinarique uel dare consilium penitus interdicimus; necnon & quascumque iudicaturas extra dicta consilia nostra modo & forma in statuto sub rubrica. Capitulo incipiente ut predicti Cancellarii, & collaterales &c. Latius expressis. Quodquidem statutum ad unguem obseruari uolumus.

¶ De iuramento prelidum Collateralium & aduocatorum dictorum consiliorum singulis annis prestando.



Tem iusticie cultum & statutorum nostrorum obseruantia feruentius inclinentur presides & collaterales dictorum consiliorum. Tam nobiscum chamberiaci & Thaurini residenti, uolumus & iubemus singulis annis die prima iuridica post nativitatem domini nostri: debitum super obseruantia dicti edicti nostri & ceterorum statutorum predictorum: decisiones causarum & iusticie concernentes: Super sacro canone tactis corporalibus scripturis in periculum suarum aiarum prestare iuramentum. uidelicet ipsi collaterales in manibus presidis consilii apud quod electi fuerint. Et ipsi presides in manibus primi collateralis consilii in quo presidebunt, & in presentia aliorum collateralium ibidem asistentium.

¶ De qualitate & officio duorum presidatum virorum qui in consiliis domini Chamberiaci & Thaurini residenti. Cum presidiis & collateribus eorundem intererunt.



Tem quoniam plerunque accidit, ut in ipsis consiliis de negotiis quoque ecclesiasticis & armate militia tractetur, hoc edicto statuimus: quod in dictis consiliis chamberiaci & Thaurini residentibus: & utroque ipsorum: deputentur & eligantur duo uiri famosi, rerumque periti quos duxerimus eligendos: quorum alter ecclesiasticus alter uero miles secularis existat qui cum ceteris consiliariis nostris in dictis consiliis continue relidere & conuenire debent: Immediate post presides ipsorum consiliorum & opportuna super hoc iuramento in manibus presidis consilii in quo residebunt prestare teneantur.

¶ De ordine procedendi in causis & modo appellationis, & recursus.

R Ostrum igitur de personis idoneis in dictis consiliis opportune prouisum est. Circa modum procedendi in causis quidere uolentes, hoc edicto decernimus & declaramus: quod eis cae subditorum nostrorum, exceptis iuris scriptis: propria cognitione auditur & terminent per iudices ordinarios priuillari. Et per secunda cognitione per iudices appellacionis: mediatos: si fuerint: ubi uero non fuerint: per mediatos: & a sententia ipsorum iudicium appellonum aut ordinario si uterque iudex appellonum desit: appellef & recurraf ad alterum consilium nostrum predictorum chamberi, & Thaurini, residenti: uidelice si ultramotus ad

consilium Thaurini. Si uero citra montes Ad consilium Chamberiaci residens, ita q̄ gradatim sit appellandum. Eisdem consiliis & nobiscum residentibus propterea mandantes ne de eisdem causis pro prima cognitione predicta se se aliqualiter impedianter seu intromittant Exceptis tamen causis nostris fiscalibus & patrimonialib⁹ fisci & ipsum fiscū concorrentibus. Pupillor⁹ etiam: uiduarum: miserabilium personarum: merchatorum forensium: uel submissorum: Comunitatum Baronum: Banereturorum: & aliorum quorum cognitiones pro forma iuris & statutorum nostrorum ad ipsa consilia Chamberiaci & Thaurini residentia modo predicto spectare dignoscātur; Irritum & inane quicquid fecus fiet harum serie decernentes.


¶ Consiliarior⁹ Cambellaniarioꝝ, & curialium cause per cōsilia domini Chamberiaci & Thaurini residenti, p prima cognitione decidanꝫ & ad quē sit ab eis supplicādum.

EAusas autem consiliariorum Chambellaniariū curialium & aliorum servitorum nostriū ordinariorū tam actiue q̄ passiue coram consiliis nostris Chamberiaci uel Thaurini residenti modo simili predicto pro prima cognirione tractari uolumus& iubemus. Decernentes propterea ordinationes & sententias quas cunq; per ipsa consilia ferendas: uim prefecti, pretorii habere, & executionem obtinere mediante cautioꝫ ad formam iuris prestanda. Et q̄ ab eisdem sententiis nihil minus possit & ualeat ad nos seu consilium nobiscum residens appellari seu supplicari. Quodquidem consiliū in causis appellationū, seu supplicationū huiusmodi. Deinde procedere habebit iuxta facultatem a nobis ei delegata seu deleganda.

¶ De modo & ordine deducendi in cāis.

BT insuper ad euitandū superfluos litium anfractus qui litigantium cauillationibus sepius generantur hoc edicto statuimus: q̄ in causis uertentibus tam coram dictis iudicibus ordinariis q̄ consiliis nostris predictis non liceat p̄ibus litigantibus circa merita principalis negotiū deducere per positiones uel capitula: nisi bis actori: & bis reo: corā iudicibus ordinariis p̄ prima cognitione. In cāis uero prime appellationis siue secunde, anteq; appelletur ad consilia nostra p̄dicta aut alterum eorundem consiliorū etiā bis dūtaxat. In cāis autē appellationis corā dictis consiliis Chamberiaci & Thaurini residenti. Nisi semel. Vbi autē prima appellatione immediate: deuoluēt, ad ipsa consilia. Tunc liceat coram eisdem bina uice deducere. Et coram consilio nobiscum residenti, nisi semel utriq; parti: In approbatoriis uero & reprobatoriis testium statuta nostra obseruari uolumus.

¶ Ab interlocutoriis non possit appellari aut de nullitate dici in consiliis domini.



Vperflua autem lites, que ex iterlocutoriis omissis negotiis principalibus interdum immortales reddūtur moderari uolentes: statuimus q̄ ab interlocutoriis causarū coram consiliis predictis uertentiū, etiam uim diffinitive sapientibus: per ipsa consilia quoismodo ferendis: cōfir matis uel non confirmatis nullatenus appellari supplica ri seu de nullitate dici possit. Sed dumtaxat reuideri petatur coram eisdem consiliis cum adiuncto ad formam decreti nostri super hoc iam disponentis. Nisi ip̄e interlocutorie tale grauamen afferrent: quod per sententiam diffinitiuam reparari nō posset.

¶ De causis appellationum, a cōsilio burgi & a gubernatore nitie.

GAusas uero appellationum seu supplicantium a consilio burgi. Necnō a gubernatore nostro nitie: ad nos immediate deuoluī statuimus: cōsilio nostro residenti seu consilio nostro chamberiaci ad optionem supplicantis cōmittendas. & p̄ ipsum consilium iuxta facultatem per nos, delegatam seu delegandam decidendas & cognoscendas.

¶ Suspitiones contra consilia domini rei ciunt & qualiter in p̄ticulare admittenda sit

SVspitiones omnes contra consilia nostra predicta quoismodo allegandas omnino reici uolumus. Allegandas etiam contra aliquos ex particularibus dictorum consiliariorum in specie repellī iubemus. Nisi causa talis suspitionis sit eiusdens, aut sit aliter q̄ per iuramentum legitime proposita & approbata.

¶ De iudicibus ordinariis & eorū officio.

DVdices ordinarios patriarcharum nostrarum circa eorum officia sapienter & probe uersari iubemus. Ad formam decretorum nostrorū que oīno obseruari & hic p̄ expressis haberi uolumus. Sic ut nihil ultra stipendia sua recipere possint nec ualeat p̄ se uel aliū: put supra de cōsilio nřis sufficiēter dictū ē. Sub pēa de q̄ supra. Eisdē insup iudicibus ordinariis qđcūq; iudicaturas nřas uel alienas seu aliud qđcūq; offīm offī suo repugnās hoc edicto

HAKOVA
Interdicimus. Sub pena de qua in statuto Sub rubrica nullus iudex. Capitulo incipiente nullus iudicium &c. Quod quidem obseruari uolumus. Volentes insuper qd si gilla curiarum suarum ipsi iudices fideliter teneant seruent & custodian.

¶ Non procedant iudices ad interlocutorias super torturis aut condemnationibus in casibus penam sanguinis exigentibus nisi exanimatis delatis per eos.

N Erepte & imature per eosdem iudices procedatur, ad ea quedum ut facta sunt nullo dehinc remedio reparari possunt. Sic prudetius & maturius fieri debet. Prohibemus hoc edicto ne ad dictas interlocutorias & condemnationes in casibus pena sanguinis exigentibus procedere ualeant. Nisi examinatis presentialiter seu plonaliter delinquentibus in quos sic procedi contingit Sub pena priuationis officii sui, & uiginti quinque marcharum argenti.

¶ Non possint iudices officia sua maxime per clauarios exercere.


Reterea quoscunq; iudices iudicatarum nostrarum decernimus non posse, nec debere eorum officia per substitutos regi facere. Maxime per clauarios aut alias habentes alia officia nisi legitima causa impediti aut a patria absentes fuerint. Quo casu per iurisperitos si affuerint legi faciant & non aliter.

Prohibemus castellanis & officiariis plonar & captiones & detentions sine mandato. Aut judiciali cognitione. Et in quibus causis procedere possint. Et quibus penit transgressores affici debeant.

Mauté predicti iudices debita, In officiis suis auctoritate fruatu, uarie p; subditorum querimonia extinguantur quas contra officiarios nostros propter eorum extorsiones. Ignoratias, & malignitates sepius accepimus. Quascunq; personarum detensiones capturas & incarcerationes pro quauis causa ciuili seu criminali magni seu parui momenti: quibuscunq; bailiuis. Castellanis & aliis quibuscunq; officiariis nostris & ipsis & culibet penitus interdicimus & prohibemus. Nisi precedente cognitione, uel mandato iudicis ordinarii seu nostro. Aut consiliariorum nostrorum predictorum exceptis criminibus notoriis penam sanguinis exigentibus; uel ubi suspicio fuge immineret. Eosq; nulla causarum cognitionem habere uolumus: summam sexaginta solidorum excedentium. In aliis uero inferioribus ipsam summam non excedentibus tantum debite procedere

& cognoscere possint sine scriptis iuxta formam decretorum nostrorum qd si huic edicto nostro contraveniant penam uiginti marcharum argenti eos statim incurre, re uolumus. Et ad interesse partis expresse teneri. Ad quarumquidem penarum exacti, & processuum super his formationem dicti iudices ordinari contra dictos castellanos procedere tenebuntur: & eos ad nos mittere sub pena pari premissa per ipsos iudices casu contrario committenda. Iubentes insuper quascunq; compositio, nes per ipsos baillinos castellanos & officiarios a dictis sexaginta solidis infra fiedas: eidem iudicibus tempore assisarum: Reprimendas aut confirmandas prout ei dem iudici pro ratiōne uidebitur: fideliter exhiberi. Cum omnibus informationibus processibus & expletis in curia suarum castellaniarum agitatis sine fraude & dolo: iuxta formam dictorum decretorum nostrorum. Et ad hoc eos astringi uolumus multa indicta & aliis remedii opportunis.

¶ Quid, & quomodo exigendum sit p, introitio & exitu carcerum.



I quidem obseruari uolumus statutum sub rubrica seu capitulo incipienti. Ne incarcerauti per custodes &c. una cum reformatione per Illustrissimum quondam dominum, fratrem nostrum p̄fatum de eo facta: declarantes ulterius qd pro introitu carcerum: Castellani nec eius familiares, nequamq; possint nec debeant exigere ab incarcerauti seu detentis, etiam si detineantur, ad instantiam plurium personarum. Si ultra unum diem steterint: nisi tres grossos pro introitu & totidem pro exitu dumtaxat. Et si per unū diem dumtaxat steterint, tres grossos solummodo exigere uolumus pro introitu tantū etiam si fuerint recomendati. Et si dicti detenti seu carcerati facta assignatione ad respondendum iudicialiter processui contra eos formato: comparuerint: respondeant & caueant. Nihil ab eis per dictos castellanos pro introitu & exitu a carceribus predictis quomodolibet recipiatur. Sub pena in statutis nostris comprehensa.

¶ Nullus capiatur pro debito castellani ultra formam statuti & quid & quantum eligi debeat p uictualib' p eos uedēdis in officio



On liceat etiam dictis castellanis quempiam pro debitibus suis captos arrestare aut in carcerib' detinere preter formam statutorum nostrorum: minusq; pro introitu & exitu detentorū huiusmodi quicq; exigere seu recuperare sub pena uiginti quinq; librarum fortū. Etsimiliter prohibemus ne pro grauis uictis & aliis uictualibus per eos uendendis in eorum officio quouis tempore petere: nec exigere habeat nisi ad rationem precū quo uē.

B

HAKOB
debantur tempore uenditionum illarum nisi legitime constet debitores fuisse interpellatos & in mora constitutos.

CPer quos recipi debeant testium attestations.

AEstium attestations & quecunq; examina per eosdem iudices & consilia in causis coram eis uerten respectiue. recipi & fieri uolum'; per se seu idoneos cōmissarios probos & expertos: quos ad hoc duxerint eligēdos: quorum numerus sit confusus in auditoriis suis: describere moderari & refrenare habent: tenebunturq; & debebunt dicti commissarii debitum super his anteq; admittantur prestare iuramentum.

CNon siant processus & scripture de causis miserabilium personarum & aliis summa decem florenorum non exceden̄.

AT quia plures miserabilium personarū causas coram dictis consiliis nostris tractari continget: prohibem' hoc edicto tam partibus q̄ procuratoribus earundem ne de similibus causis personarum actu miserabilium: processus & scripturas faciant. Sed dumtaxat sine aliis solemnitatibus registrentur petitiones. p/ducta: dicta: & replicata partium: per secretarium qui de eis p/registrum suum eisdem consiliis in tempore fidem faciet: ut su per his summarie cognoscant: & iusticiam ministrant absq; ulterioribus expensis & scripturis. Et itidem quoq; obseruari uolumus in causis aliarum quaruncunq; personarum summam decem florenorum non excedentibus. Si quis autem procuratorum contrarium attemptare presumpserit: & processus siue scripturas fieri faciat: tales processus nullius roboris & momenti fore. Eosdemq; procuratores ad expensas & interesse partium omnino teneri uolumus.

CInterinentur gracie corā consiliis dñi Chāberiaci & Thaurini residentibus & subreptie non obseruentur.

AB usus quoq; malefactorum homicidarum & ceterorum delinquentium de medio tollere uolentes: qui postq; homicidia & delicta huiusmodi patrarūt: ordinariorum cognitionem & meritam punitionem euitare cupiētes: commissarios extraordinarios eis propitos & fauorabiles a nobis impetrant: & informationes per indirectas uias preter rei ueritatem suo modo summi faciunt: ut erga eos ad graciā concessionem faciliores nos reddamus: ne sclera huiusmodi remaneat impunita.

nita. Et eos in suis maliciis gloriari oporteat. Hoc stabili quoq; statuum' edicto : ut si & postq; homicide & delinquentes predicti quicunq; sint pro criminibus quibus uis & delictis: litteras indulgentiarum seu remissionem a nobis obtinuerint. Teneantur & debeat illas infra unū mensē a data illarū: consilio nostro Thaurini si ultramontani fuerint & consilio Chāberiaci resideñ si citramontani: uocatis & auditis procuratore nostro fiscali & ptelesa uel querellante. Si que fit. In ppris psonis & in generali auditorio causag humiliter pntare & illas debite iustificare: ut intelligatur si subreptitie uel mēdose aut nō expressa uel occulta ueritate eas a nobis imputauerint. Et quoq; hoc iustificauerint eos detineri iubemus. Quod si iuste & oī exp̄sa ueritate obtente. Reperiant: debiteq; iustificate fuerint ut pmittit: Consilia nostra p̄dicta tūc illas iterinabunt & obseruari madabūt iuxta formā illarū: satista/cto prius pti lese ordinatione dictor cōsilioꝝ nostroy: a qua nō possit appellari seu supplicari. Et idē fieri & obseruari. uolumus si dicti delati in loco delicti detineant a quo relaxari nō debeat nisi satisfacto pti lese ordinatioꝝ iudicis ordinarii a qua nō possit et appellari ut supradictū est de cōsiliis: Eosdē quoq; delinquētes publice & ḡose monendo. ut ab hmōi delictis ab inde se abstineant. Si uero aliter & cōtra rei ueritatē ipetrare fuerint: & delinquētes ipsi uocatis predictis eas iustificare non potuerint tūc & eo casu eos iudicib' eorū ordinariis ad quos de eorū delictis antefactas eiusmodi gratias iudicare p̄tinebat: ligatos remittant p̄ iusticia ministranda: decernētes ppter ea dicto casu litteras nostras indulgentiarū predictas nullius esse momēti & p̄ non cōcessis haberi quia sic oī fieri uolumus & madamus. Si uero delinquentes hmōi ante cōcessionē dictarū litterarū nostrarū detenti fuerint eos nullaten̄ relaxari iubemus donec super subreptione ipsarū litterarū uocatis predictis cognitum fuerit: eosdem detentos eo casu ad presentationem dictarū litterarū per procuratorem specialem admittentes.

CDe falsis notariis auctoribus & testibus: & pena eis infligenda.

AD maiorem terrorem malignūt uolumus etiam & expresse iubemus q̄ statutum sub rubrica obseruetur, adiicientes q̄ si quispiam ipsorum notarioꝝ scripturas aut instrumēta quecunq; p̄ eos seu alios notarios recepta falso fabricauerint uel perturbauerint quod substantiā mutet ita q̄ sit falso de iure p̄nibile: amputatione pugni: cōfiscationeq; bonorū suorū: & bānimento ppetuo punit: fabricari uero faciētes pari pena affligi uolumus: & falsos testes ea lege damnari statuimus & decernimus.

CSententie ferēde super instris publicis per iudices ordinarios habeant executionem patratam mediante cautione idonea.



E super debitis cirografariis lites ut fieri solet reddatur immorales hoc ppetuo edicto stabilimus & ordinamus q statutum sub rubrica ordo. & modus procedendi &c. Et capitulo incipie. Ad causarum & littium accelerationem &c. omnino obseruetur & quem obseruari uolumus. Adiuentes insuper disponentes & statuentes. q sententie per iudices ordinarios ferendae super instrumentis publicis habeant executioem paratam. etiam si ab eis fuerit appellatum mediante tamē cautione idonea. Ad formam auct. que supplicatio; debite prestanda.

¶ De commissariis extenterum.

STATUIMUS In super decretum sub rubrica de commissariis extenterū &c. capitulo incipien commissarios scribas &c. omnino obseruari ita q nihil possit de protestationibus exigi preter formam ipsius statuti sub pena de qua in eodem.

¶ Contra maledicos & Blasfemos.

BRETEREA uolentes maiestatis diuine cultum imensamq; clementi ut par est reuereri. STATUIMUS & ordinamus hoc ppetuo & indelibili edicto. q statutum sub rubrica de maledicis & blasphemis &c. Capitulo incipiente. Quia ne dum &c. omnino obseruetur. Mandantes propterea quoscunq; impios: maledicos. & diuini nominis blasfemos nephadissimos. per officiarios nostros ad formam dicti statuti omnino & irremissibiliter plecti & affligi. ac illud per officia sua singulis annis publice pro clamari. ne quis ignorancia se excusare conetur. Sub pena indignationis nostre per eosdem officiarios nostros casu contrario committenda.

KAROLVS Dux Sabaudie &c. Vniuersis sit manifestum. q cum ad obuiandum multiplicibus abusibus: calliditatibus & malitiis. que per officiarios nostros in cognitionibus & processibus causarum & administratione officiorum suorum sepi committuntur. Suprascripta capitula de cōsensu & matura de liberatioē consiliarioꝝ nostrorū sub noīatoꝝ: corā nobis ad hoc reuocatorꝝ p celeriori expeditioē causaꝝ pdictarꝝ: cōiq; bono ipso rū subditoꝝ salubriter ediderimus. ut inspecta ierū tēporūq; dissimilitudine. Subre cōto iusticie ordine respublica semp regaꝝ & pseruet. Ex nostra certa scientia: capitula pdicta put iacent. Harum serie confirmamus & approbamus. Et ea cū aliis statutis nostris in uim legis inseri & obseruari iubemus. Mandantes hoc ideo: consiliis nobiscū. Chamberiaci. & Thaurini residen: Gubernatoribusq; bayliuſ; uicariuſ; po-

testatibus: iudicibus: & castellanis: ac ceteris officiariis. & subditis nostris media, tis & immediatis. ad quos spectauerit. Sub pena in dictis capitulis contenta. accen tum marcharum argenti p quolibet. Quatenus has nostras. & dicta capitula teneant & obseruēt. Ac p eos quō intererit obseruari faciat. in nulloq; cōtrauiciāt quō libet uel opponat. Verum illa in numero & uolumine alioꝝ statutorꝝ nostrorꝝ pdictorꝝ inserant & adiungant. Ad eternā memorā duratura Q uoniā sic fieri uolum⁹. Irritū & inane quicquid contra formā dictorꝝ capitulorꝝ & statutorꝝ factū reperietur. Ex dicta nostra certa scientia decernētes. Quibuscunq; oppositioib; litteris: exceptionibus: franchisiis: libertatibus & aliis. in contrariū faciéti bus aut adducēdi s nō obstatibus: Quibus oībus quo ad hec exp̄sse derogamus. & derogatū esse uolum⁹ per pñtes. Datas Annessiaci die decima octobris. M. CCCCC. XIII.

Per dñm pñtibus dñis Illustri.
Philippe de sabaudia Comite Ge
benesii.

Francisco de lucem burgo

Vicecomite marticii

R. Iohanne de sabaudia

episcopo gebennesii

R. Urbano de myolano

electo ualentie

Bernardino de sabaudia

Domino panchalerii

R. Iohanni de foresta

Preposito montis iouis

de cano sabaudie

Antonio de gingino

domino Dyuone preside

Bernardino parpalia

Preside pedemontium

Charolo de camera

domino ser moyaci

Francisco de duyno

domino casti ueteres

Magnoscutifero

Francisco de prouanis

Ex dominis lainici

Angelino de ponteuitres

preside gebennesii

Iohanne marescalci

iudice maiore sabaudie
Iohanne Ludouico luyseti

iudice beugesii

Hugone de balmā

Domino tireti

Magistro hospicii

Charolo de montebello

comite intermon

Ludouico domino derec

sabaudie preside

Angelino de prouanis

Patrimoniali preside

Francisco marescalci

domino Maximiaci

Iacobo chabodi

Domino exscherene

Hieronymo de agacis

Iohanne Francisco de balbis

Collateralibus consilii residentis

Petro fabri

Iudice chablaysii

Gaudio de ponginaco

Iudice fauigniaci

Scipione cara

Iuris utriusq; doctore

VVLLIET



ONSILIVM Illustrissimi & excellē principis & domini
domini nostri Charoli sabaudie &c. ducis secū ordinarie residēs
Vniuersis sit manifestum q̄ presentatis nobis litteris dominica
libus suprascriptis una cum capitulis & statutis in eis mentio/
natis coram prelibato Illustrissimo domino nostro & nobis ho/
die publice lectis: & promulgatis eisdem litteris: obtulimus nos
paratum obedire & dicta statuta debite obseruare ut tenemur : in quorum testimo/
nium has duximus concedendas: datas Annessiaci die decima octobris Millesimo
quingentesimo decimo tertio.

Per consilium presentibus dñis
Antonio de gingino
domino Dyuone preside
Bernardino parpalia
preside pedemontium
Angelino de prouanis
domino Bennetarum
preside patrimoniali
Francisco de prouanis
ex dominis laynici
Hieronymo de agacis
Iohanne Francisco balbi
Collateralibus

DE SAVINIS

¶ Impressum Thaurini per magistrum Franciscum de Silua Anno domini. Millesi
mo quingentesimo decimo tertio. die. xiii. mensis nouembbris.

¶ CVM GRATIA ET PRIVILEGIO

TELLIVV

26.339.
H. 178995

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

13

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕДНІКОВА